

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 19 : De Nemesi

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[136\] : De Nemesi](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 19 : De Nemesi](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 20 : De Nemesis](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 19 : De Nemesis](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IX, 19 : De Nemesi, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 25/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/956>

Copier

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination287v°-288v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Némésis](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

Mythologia

Mineræ consilio fortunæ iniquitatem esse superandam; aut si minus illud fecerimus, nos ab illa superari oportere. Nam quid agitur in superiore enigmate? an non de humana imbecillitate, cum nihil nascatur homine debilius aut calamitosius? atque de Sphinge satis, nunc de Nemese dicamus.

De Nemese,

Cap. XIX.

- 10** **V**T autem non solum in aduersis prudentia opus esse, sed etiam in felici-
bus successibus animi moderatione demonstrarent antiqui, Nemese, Noctis & Oceani filiam ut ait Paulin Achalcis introduxerunt. Memo-
riz prodidit Apollodorus libro tertio Biblyotheæ Iouem aliquando Ne-
mesis desiderio exarsisse, quæ, cum eius concubitu vitaret, se in anserem di-
citur mutasse: Iupiter vero in cygnum versus sic illam compressit, quæ cū
ouum postea peperisset, illud opillioni obvio dedit ut Leda seruandum de-
ferret. Id cum in arca seruauisset Leda, dicitur Helena ex illo fuisse nata,
quam Leda tanquam ex se genitam educavit; quæ cum adoleuisset, omnesq;
reliquas mulieres forma corporis & oris elegantia antecelleret, hos procos
& petitores habuit, ubi ad nubilem ætatem peruenisset; Antilochum, Aga-
penorem, Amphilocho duos alterum Amphiarai, alterū Cteaci filium. Aia-
20 ceem Oilei, Ascalaphum, alterum Aiacem Telamonis. Diomedem, Eurypy-
lum, Elephenorem, Eumelum, Menelaum, Megetem, Mnestheum, Ialmenū,
Leonteum, Machaonem, Polyxenum, Peneleum, Podalirium, Philoctetem,
Protesilaum, Patroclum, Si benelum, Vlystem, Thapsum, Schedium, Poly-
pxtem, Teucrum. Inter quos ne nasceretur dissensio ob Helenam, si vni ho-
rum cōiugi addiceretur, omnes iurare iussi sunt se illum defensurum ab in-
iuriis ceterorum cuiusq; illa obueneret; propter quam etiā raptam exor-
tum est bellum Troianum. Fuit igitur Nemesis Noctis filia Adrastra etiam
vocata, sed non ab Adrastra nutrice Iouis dicta, neque ab Adrasto illo pro-
fligato qui solus omni exercitu in bello Thebano amisso, eusterit: pro qua
30 victoria Thebani Nemescos Adrastræ sacellum erexerunt. Neq; ab Adra-
sto antiquo illo Rege, qui primus eius templum condidit, ut ait Antima-
chus poeta in his versibus;

Ἦν δὲ καὶ ἡ Νέμεσις παῖς τοῦ Νυκτός, ἡ τῶν ἀνθρώπων
κατὰ πόλιν ἐκείνην ἐκείνην, ἡ δὲ ἡ Νέμεσις ἡ δὲ ἡ Νέμεσις
ἡ δὲ ἡ Νέμεσις ἡ δὲ ἡ Νέμεσις ἡ δὲ ἡ Νέμεσις.

Ἦν δὲ καὶ ἡ Νέμεσις παῖς τοῦ Νυκτός, ἡ τῶν ἀνθρώπων

Est Dea, quam Nemese dicunt; Dea magna, potensq; ,

Quæ bona coelestium concessu cuncta Deorum

Possidet, huic primus sacratam condidit aram

Fluminis Aesapi gelidas Adrastra ad vndas.

40

Quam etiam opinionē habuit Callisthenes, sed multo melius, siue a fuga dicitur, cum litera priuante & impediēte illam astringem, cum
nemo malus vindictam Dei possit effugere. Hæc Deam alatam sicuti Victo-
riam & Cupidinem sinnerunt, cuius Phidiaca statua fuit apud Athenienses,
ut ait Sceptius Demetrius, cuius in capite erat corona in ceruos incisa, cum
victoriæ sigillis, quæ leua fraxinum gestabat, ac dextra phialam cū Aethio-
pibus cælati. Atque tot breuiter dicta sint de Nemese. Nunc quid per hæc
significent antiqui explicemus. Cū vellent demonstrare sapientes nihil vel
optimo

Mythologia

tenet, ac seruet. Cum vero plures Nemese colerent Smyrni, plures rationes puniendorum impudicorum hominum diuinitus mitti significatur, pro varietate peccatorum & arrogantis cuiusq. Atq; de Nemese satis, nunc de Momo iam dicamus.

De Momo.

Cap. XX.

- 10** **M**omus diligentissimus & perspicacissimus operum omnium contemptor ac reprehensor, & ipse Noctis filius, at Somno patre natus fuisse dicitur, ut tradidit Hesiodus in Theogonia. Fabulati sunt hunc Deum nihil quidem ipsum facere solitum, at exterorum Deorum & hominum opera reprehendere: quippe cum iudex etiam inter Deos Neptunum, Vulcanum, Minervamq; de artificio contendentes delectus, omnium opera reprehenderit. Nam cum Neptunus taurum effinxisset, Minerva extruxisset domum, Vulcanus hominem formasset, nihil non reprehensione dignum inuenit. Cum ad arbitrium enim eius certaminis ventum esset, ille iudex singulorum opus diligentissime inspiciebat; atque ut ait Lucianus in Nigrino; *ὁ δὲ θεὸς τῆς τοιαύτης τέχνης*, Deum scilicet tauri opificem carpebat, quia cornua ante oculos non proposuisset. vel naturam etiam ipsam accusabat Momus ille Aesopicus, ut ait Aristoteles libro tertio de partibus animalium, quia potius capiti quam harum cornua taurorum collocaisset: nam si addita fuissent harum cum totum corpus in vulnera incubuisset, videbantur tauri multo maiori vi percussuri. At in Dialogo de Heresibus testatur idem Lucianus hominem Vulcani fuisse reprehensum, quia praetermissum fuisset illud, quod maxime omnium erat necessarium; qd artifex scilicet non prauidisset quot doli clam in clausis pectoribus pullularent. Nam multo laudabilius opus futurum videbatur si fenestratum pedus fuisset, ut sciri posset quid in animo quisq; strueret, & num mentiretur, an verum diceret. Domum Mineruae reprehendit, ut ait Polychaemus lib. 2. rerum Lyciarum, quia non erat facta trufarilis, quaeq; posset facile circumagi, si forte malum haberet vicinum. Atq; omnis Momi autoritas deniq; & licentia fuit in operibus, laboribusq; alienis reprehendendis. Nam idcirco *ὁ θεὸς τῆς τοιαύτης τέχνης* Stygius Momus scilicet vocatus est in Epigrammate quodam: quia omnibus & Diis & mortalibus esset odio. Per hanc significare voluerunt antiqui, ut fabulosi figmenti sententiam explicem, nihil esse humanum, nullum neq; bonum neq; malum facinus, quod omnino reprehensione maledicorum & inuidorum carere possit, cum neq; Deus quidem, qui ipse est naturae fundamentum, optimus ac sapientissimus obtricatoribus carere potuerit. Per hanc igitur significabant aut maledicorum, & uiciorum nullam omnino viro bono habendam esse rationem, aut nihil gloriosum vel honorificum esse aggrediendum. Nam cum illum miserum omnium esse iudicem, qui potius ad vulgi, & imperitiae multitudinis opinionem, quam ad veram probitatis & integritatis rationem se accommodare studeat, iamdiu omnem vulgi loquacitatem & imprudentiam contemnendam esse decreui. Semper enim praclari, & sapientis hominis esse iudicium stultorum & improbissimorum calumnias magno animo posse parafacere.

NATALIS